



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 71. An debeat constare deesse alia remedia antequam
excommunicatio decernatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

 QUÆSTIO SEPTUAGESIMA PRIMA.

An debeat constare deesse alia remedia, antequam excommunicatio decernatur.

SUMMARIUM.

1. Excommunicatio non decernenda, quamdiu supersunt alia executiones seu personales seu pecuniarie.

Qualiter constabit non superesse alia remedia.

1. **E**xcommunicatio decerni non debet, quamdiu vel multis, seu paucis pecuniariis, captionibus pignorum, personarum distractionibus, aliisve juris remediis procedi potest. *Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de reform.* sed an necesse sit cogitare de aliis remediis deficientibus, hoc est realem aut personalem executionem fieri non posse, an vero satis sit, si de eo extrajudicialiter constet, sacra congregatio quam refert Ioannes Gallemart, *ad Conc. Trid. d. sess. 26. cap. 3.* censuit debere ex actis constare, sed si non sic potest constare respondit, quod sufficit probari per nuntii relationem, aliis exequi non posse.

 QUÆSTIO SEPTUAGESIMA SECUNDA.

Sed si priusquam constet de eiusmodi impedimentis, si excommunicatio decernatur, eritne valida.

SUMMARIUM.

1. Excommunicatio lata adversus formam à *Conc. Trid. præscriptam* est nulla.
2. Actus gestus formam non servatam corrumpit.
3. Ordo à Pontifice datus si non servetur, actus vitiat.

1. **V**idetur quod non, quia lata adversus formam Concilii Tridentini, *d. cap. 3. sess. 25.* actus enim, non servatam formam gestus corrumpit. *Præsertim locis loco à formate Apost. ad Abbatem cap. cum dilecti ann. 12. de rescript. ubi etiam fuisse Felin.*
2. & quando ordo datus à Papa non servatur, actus est nullus. *Innoc. d. cap. cum dilectis*